



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Cadaver.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Tertiò, idem confirmatur ex doctrina Navar. *in com. de usur. quest. 8. num. 109.* ubi asserit plurimum referre; nam si est contractus, seu cæsus emphyteuticus, non solvens tempore statuto à jure, vel ab homine, perdit prædium, domum, vel quid simile: si verò debet per contra etum censiticum, non perdit, sed in dubio pro censitico, & non pro emphyteutico teneri debet, *argum. cap. ex parte, de cens. & ibi Panor. not. 4. & in l. semper ad stipulationem ff. de ver. signif. c. cum iurta, dereg. jur. lib. 6. licet oppositum habeat August. Bero. q. 14. & Rodoan. f. 502. n. 4. & Jason. in l. 2. n. 210. versi. tertiodicimò quaro, de jure emphyt. num. 211. vers. 14. quero.*

C A D A V E R.

Vide *in ver. Funus.*

C A R C E R.

Primò, Cur inventus sit, quæritur? Respondet primò, aut pro custodia. Secundò, aut pro afflictione. Tertiò, aut quando judex intendit, quod carcer succedat in locum pœnæ. Quartò, in pœnam quæ datur per sententiam, Diaz *in pract. crim. Can. cap. quamvis, de pœnit. libro 6. cap. novimus, §. pro illo, & ibi abb. numero 4. de verb. signific.*

Secundò, quando Clericus possit carcerari etiam pro causa civili, habetur *in cap. dilectis, &c per ibi scriptentes, de appellat. Diaz ubi supr. capit. 114. Con. Trid. sess. 25. c. 6. de reform.*

Tertiò, Judex ecclesiasticus debet habere familiari armatam pro captura reo-

rum, Covar. *pract. qq. c. 10. n. 2. ver. 4. in fin. Hostien. in sum. utul. de offic. judicis, §. quando, n. 4.*

Quartò, an, & quando possit procedi ad capturam, non prævia informatio- ne, vide Foller, *in pract. crim. 1. p. n. 58.* nec debet esse facilis ecclesiasticus Judex in capture clericorum, nisi præcedenti sufficiente informatione, cum carcer vergat in infamiam: sed videatur Diaz *loc. cit. c. 6. pagina 29.*

Quintò, an carceratus pro causa criminali, offerens cautionem, debeat habilitari? Negativè respondet Foller, *loc. cit. 1. p. 2. p. n. 20.*

Sextò, an quis possit capi in territo- rio alieno per quindecim milliaria, vide eundem Foller, *fol. 22. num. 3.*

Septimò, carceratus, qui non pernoctat in carcere, nihil tenetur solvere carceratio, idem in *Fragm. c. de reor. custod. num. 162.*

Octavò, moriens in carcere ob ne- gligentiam judicis, punitur ipse judex de- politione officii, & alius pœnis, Boer. *de- cis. 153. num. 20.* & judex si est ecclesiasticus, efficitur irregularis, Abbas *inc. à nobis, n. 1. de apostat. & inc. ad audientiam, de erim. falsi.*

Nonò, judex debet visitare sape carceratos, & facere quod habeant necessaria, *l. 3. C. de Epis. aud. Sylv. in ver. carcer, §. ult.*

Decimò, qui fugiet à carceribus iter atripiens ad superiorē, non dicitur fugere, sed habetur loco appellationis, Ho- stiens. *in c. dilectis, de appellat. Boer. decis. 215. n. 27. c. dilecti, sl 2. de appellat. imò non cadit in pœnam, lub qua fortassis sibi suit factū*